Nullus. Venit ihesus in
partes cesaree philippi
et interrogabat discipu-
los suos dicens. Quem
dicunt homines esse filium
hominis. At illi dixerunt.
Alii iohannem baptistam.
alii autem eliam. alii vero
ieremiam. aut unum
ex prophetis. Dicit illi ihesus.
Vos autem quem me esse
dicatis. Respondens symon

petrus dixit. Tu es christus
filius dei vivi. Respondens
autem ihesus dixit ei. Be-
atus es symon bariona
quod caro et sanguis non sunt
laui tibi. sed pater meus
qui in celis est. Et ego
dico tibi quia tu es pe-
trus. et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam.
et porte inferi non preuale-
bunt adversus eam.

Et tibi dabo claves re-
gni celorum. et quodcumque li-
gaveris super terram erit
ligatum et in celis. et quodcumque
solueris super terram erit
solutum et in celis. **offer.**

6B Constitues **Secundum** ostias
domine quas nomini tuo sa-
crandas offerimus apo-
stolica persequatur oratio. p.
quia nos expiarum tribus



et defendi. **P. Com. Sv**
es petrus et super hanc pe-
tram edificabo eccle-
siam meam. **Comp. Q**
vos celesti alimento do-
mice faciasti. angelicis in-
tercessionibus. ab omni
adversitate custodi. **P.**
In visitatione s. marie.
Quaudamus.
Alps semper
ne deus qui ex
habundancia caritatis
beatae mariae tuo filio
impugnatam ad saluta-
tionem elizabeth inspi-
rasti. pro qua quis. ut per eius
visitationem donis cele-
stibus repleamur. et ab
omni adversitate liber-
eremur. **Seu. Sapientie.**
Ecce iste venit salu-
ans in montibus

et insiliens colles. Simi-
lis est dilectus meus
caprea humulorum et cervo
rui. Et in ipse stat post pa-
rietem nostrum. respiciens
per fenestras. prospiciens
per cancellos. Et dilectus
meus loquitur mihi. Surge
propera amica mea colu-
ba mea formosa mea.
et veni. Jam venis tempus
sunt imber abijt et reces-
sit flores apparuerunt
in terra nostra. tempus
putationis aduenit.
Vox turturis. audita
est in terra nostra. ficus
portulit grossos suos. vi-
nae florentes detulerunt
odorem suum. Surge pro-
pera amica mea speciosa
mea et veni. columba
mea in foraminibus petre.

in caueana maceie. **O**stende michi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. et facies tua decora. **B**enedicta et uenabilis es uirgo maria aque sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. **V**irgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. **A**lla. **I**n maria benignitas per secula comendatur. dum visitans elizabeth ut subdita parabatur. **E**xurgens **Lucam.** maria in diebus illis. abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie

et salutauit elizabeth. **E**t factum est ut audiuisset salutationem marie elizabeth exultauit in fano in utero eius. **E**t repleta est spiritu sancto elizabeth. et exclamauit uocem magna et dixit. **B**enedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui. **E**t uide hoc in. ut ueniat in domum mei ad me. **E**cce enim ex quo facta est uox salutacionis tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans in utero meo. **E**t beata que credidit quoniam proficiantur ea que dicta sunt ei a domino. **E**t ait maria. **M**agnificat anima mea dominum. **E**t exultauit spiritus meus. ideo salutari meo. **Q**uia respexit humilitatem

ancille sue. ecce enim ex
hocbtam medicetomis
gracōnes. **Q**uia fecit
in magna qui potens
est. scim nomen eius.
Et mīa eius. appgenie i
ppgenies timentib' eum.
fecit potenciam i brac
hio suo. disperfit super
bos mente cordis sui.
Deposuit potentes d' se
de. & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit
bonis. & diuites dimi
sit inanes. **S**uscepit is
rahel puerū suū. reco
datus mīe sue. **S**icut
locutus est ad p'ēs n'ros
abrahā & semī ei' i' ecclā.
Mansit autē maria cū
illa quasi mensibus
tribus. & reuersa est i do
mū suā. **off.** **S**ilicet regū.

Ser. **O** **M**ps semp'ne d's
qui curam de omnibus
in te cōfidentib' semper
habet. p'ia q's. ut p' obla
cōem quā tibi offerim'
visitacōem spūalem be
ate marie v'ginis i nris
n'ccitatib' sciamus.
P. Con. **B**eatā viscera
marie v'ginis que porta
uerūt ad visitacōem el
zabeth et n' p'is filium.
Comp. **O** **M**ps sempit
net's qui cōm' eor. acōem
visitacōnis marie ma
tris dei fieri voluisti. p'ia
q's. ut p' hoc sacrificiū q'd
sūpsimus ab eius visi
tacōnis grā nullatenus
excedamus. **Deū. p' scis**
omen. **O** **S** qui nos scō
rū tuor. p' cressi & martini
ani confessionib' glō

sis circumdas i ptegis.
 da nob' reor imitacoē
 p'fice i intercessione i
 gaude. *P. Sec. Suscipe*
 dñe p'ces i munera que
 ut tuos sint digna con
 spectui. scōrtuoz p'ib'
 adiuuemur. *P. Comp.*
 O xpi sacri i p'iosi
 sanguinis repleti liba
 mie q's dñe d's n'r. ut qō
 p'ia deuocōe gerimus
 certa redē p'one capi
 amur. *P. In mēoria s.*
biidicti albis. Intro. os
uisti. orō. Intercessio nō.
Ep'la. Dedit dñs confe
re p'ncipū uisti. Alla. A
mauit. E. w. m. Ecce nos
reliquim' off. In uirtute
com. Amen dico. In scē
Mariem magdalene in
troitus. Nec expecta uerit

BEate marie ma
 gdalene q's dñe
 i suffragiis ad
 iuuemur. cuius p'ib'
 exoratus. qu. ad idua
 nū frēm eius viū. ab
 inferis resuscitasti. *Q.*
Leccio libri Sapientie.
Mulierem fortem i
 quis inueniet. p
 culet de ultimis finib'
 p'riū eius. Confidit in
 ea cor uiri sui. i spolis
 nō indigebit. Recedet
 ei bonū i nō malū omi
 bus diebus uite sue.
 Quasi uita lana i lūmū.
 i opata est consilio ma
 nuū suar. facta est q'i
 nauis iustitoris de lon
 ge portans panem su
 um. i de nocte surrexit
 deditq' p'iam domesti

111
cis suis. et cibaria ancil-
lis suis. Consideravit
agrum et venit eum de-
fructu manuum suarum
plantavit vineam. Ac-
cinxit fortitudine lumbos
suos. et roboravit
brachium suum. gustavit
et vidit quia bona est
negociatio eius. non ex-
tinguetur in nocte luce
na illius. Manum suam
misit ad fortia. et digi-
ti eius apprehenderunt
fulgur. Manum suam
aperuit in opem. et pal-
mas suas extendit ad
pauperem. Non timebit
domum suam a frigoribus
nivis. omnes enim do-
mestici eius vestiti du-
plicibus. Stragulata
vestem fecit sibi. busibus

et purpura indumentum
eius. Nobilis in po-
tis vireus. quando sece-
rit cum senatoribus terre.
Sindonem fecit et ven-
didit. et cingulum tradi-
dit cananeo. Fortitu-
do et decore indumentum
eius. et ridebit in die no-
vissimo. Os suum aperuit
sapienter. et lex clemencie
in lingua eius. Con-
sideravit semitas do-
muis sue. et panem oc-
osa non comedit. Sur-
rexit filii eius. et bea-
tissima predicaverunt.
Vireus et laudavit e-
am. Multe filie congre-
gaverunt divitias. tu
supgressa es universas.
fallax et vana est
pulchritudo. mulier

timens deū ip̄a lauda
 b̄. Date ei de fructu ma
 nuū suarū. et laudēt eam
 in portis opa eius. **Ex**
Dilexisti. Alla. v. Maria
 hec est illa cui dimisisti
 multitudinē ihu x̄pe qui
 at̄ dilexit vehementer.
Nullē. Roga S. Lucam.
 bat ih̄m quidā ph̄eus
 ut manducaret cum
 illo. Et ingressus do
 mū ph̄ei discubuit. Et
 ecce mulier que erat i
 ciuitate peccatrix. ut
 cognouit qđ ih̄s accu
 buit in domo pharisei
 attulit alabastrum
 vngenti. et stans retro
 secus pedes eius lacri
 mis cepit rigare pedes
 eius. et capillis capitis
 sui tergebat. et oscula

batur pedes eius et vngē
 to vngēbat. Videns aut̄
 ph̄eus qui vocauerat eū
 ait intra se dicens. Hic
 sic ēēt p̄ph̄a. sciret utiq̄
 que et qualis ēēt mulier
 que tangit eū quia pec
 catrix est. Et r̄ndens ih̄s
 dixit ad illum. Symon
 habeo tibi aliquid dicē.
 At ille ait. Maḡ dic.
 Duo debitores erant
 cui feneratori. vnus de
 bebat denarios quingē
 tos alius quinq̄ginta.
 Non h̄ntibus illis vnde
 redderent. donauit vtr̄sq̄.
 Quis ergo eū plus dili
 git. Et r̄ndens symon
 dixit. Est uno quia is
 cui plus donauit. At
 ille dixit ei. Recte iudica
 sti. Et conuersus ad mu

21
licem dixit symoni.
Vides hanc mulierem.
Intraui in domum tuam
aqua pedibus meis
non dedisti. hec aut lacri-
mis rigauit pedes meos
et capillis suis terxit.
Osculum in non dedisti.
hec aut ex quo intrauit
non cessauit osculari pe-
des meos. Oleo caput
meum non unxisti. hec aut
unguento unxit pedes
meos. Propter quod dico ti-
bi remittuntur ei pec-
cata multa. quoniam
pius dilexit multum. Cui aut
minus dimittitur.
minus diligit. Dixit
aut ad illam. Remit-
tunt tibi peccata. Et cepe-
runt qui simul accu-
sabant dice intra se.

Quis est hic qui etiam
peccata dimittit. Dixit
aut ad mulierem. fides
tua te saluam fecit. va-
de in pace. *off. siliie regu.*
*Sec. M*unera nostra quibus
dne bte marie magda-
lene gloriosa merita tibi
reddant accepta. cuius
oblationis obsequium
vngentis filius tuus
clementer suscepit in pen-
sionem. *Qui ter. con. fecit iudicium.*
*Comp. S*umpto domi vniuerso ac salu-
tari remedio corpore scilicet
et proprio sanguine
tuo ab omnibus malis quibus
bte marie magdalene
precibus exuamur.

*Qui vult. In Sancti
Laurentii mris.
Confessio et pulchri*

tudo in conspectu eius
 sc̄itas et magnificencia
 in sc̄ificacōne eius. **V. Cā**
 tate dñi cantici nouū
 cantate dño om̄is terra.
O a nobis q̄s om̄is p̄s
 d̄s viciōs n̄ d̄s flāmas
 extingueret. qui beato
 laurencio tribuisti tor
 mentos suos incendia
 superare. **P. Ad Corinth.**
H ks. Qui parcese
 minat parces me
 tet. Et qui seminat in b̄n
 d̄cōnibus. de b̄n d̄cō
 nib̄ et metet. Unusq̄sq̄
 putat destinavit i corde
 suo. nō extrinsecus aut
 extrinsecitate. **Hylarem**
 enim datorem diligit
 d̄s. **Potens est aut deus**
 om̄em grām habūda
 reficere in vobis. ut i om̄

nibus semper om̄em suf
 ficiencia habentes. habun
 detis in om̄e opus bonū
 sic scriptū est. **D**ispersit
 dedit paup̄ibus. iustici
 a eius manet in seculū
 sc̄li. **Q**ui aut administrat
 semen seminanti. et pa
 nem ad manducandū
 p̄abit. et multiplicabit
 semen v̄m. et auget
 incrementa frugum
 iusticie v̄e. **V. O ho**
 basti dñe cor meū et visita
 sti nocte. **V. Ignem exami**
 nasti et nō est inuenta in
 me iniquitas. **Alla. V**
Lauda laurencius bonū
 opus opatus est qui p
 signū crucis cecos illu
 minavit. **S. Iohannem.**
M illit. Dixit d. i. dñs. suis
Amen amen dico vobis.

84
Nisi granum frumenti
cadens in terram mor-
tuum fuerit ipsum solum ma-
net. Si autem mortuum fue-
rit. multum fructum affert.
Qui amat animam suam.
perdet eam. et qui odit
animam suam in hoc mun-
do. in vitam eternam cu-
stodit eam. Si quis in-
mistrat in se sequatur.
et ubi sum ego. illic et
mister meus erit. Si quis
in ministraverit. honori-
ficabit eum pater meus qui
in celis est. **off.** Confes-
sio et pulchritudo in con-
spectu eius scintilla et ma-
gnificencia in sanctificatione
eius. **Sec.** **A**ccipe quibus
domine munera adignan-
ter oblata. et beati lauren-
cy suffragantibus mitis.

adire salutis auxiliū
puenire concede. **con.**
Qui in ministrat. **Compl.**
Sacromunere faciat
supplices te domine depre-
mur. ut quod debite serui-
tutis celebramus offi-
cio. intercedente beato lau-
rencio in intertio salua-
conistue sentiamus
augmentum. **p.** **In As-**
sumptioe beate marie v.
Intro. Laudamus. **oro.**

Amulorum
tuorum domine
delictis igno-
sce et qui tibi placere
de actibus nostris nova-
lemus. genitricis filii
tui domini nostri intercessio-
ne saluemur. **De unio.**
Homib' 2. li. Sapientie.
requiem quesivim

hereditate dñi mora
 bor. Tunc pcepit et dix
 it in creator oim. qui
 creauit me requieuit
 in tabernaculo meo et di
 xit michi. In iacob
 in habitauit in usque he
 ditare et in electis meis
 mittere radices. Et sic i
 syon firmata sum. et in
 ciuitate sanctificata sum et
 requieui. et in ierusalem
 potestas mea. Et radica
 ui in ierusalem honorifica
 to. et in partes dei me he
 reditas illius et in ple
 nitudine scilicet detenci
 o mea. Quasi cedrus ex
 altata sum in libano. et
 quasi cypressus in mon
 tes syon. quasi palma ex
 altata sum in cades. et
 quasi plantatio rosei

yericho. quasi oliua spe
 ciosa in campis. et qua
 si platanus exaltata su
 iuxta aquam in plateis.
 Sicut cynamomum et bal
 samum aromatisans odo
 rem dedit. Quasi murus
 electa dedit suam uitam
 odoris. **Oratio.** Propter ve
 ritatem et mansuetudine
 iusticia. et deducet te mi
 rabili dextera tua. **V.** Audi
 fili. et vide et inclina aure
 tuam quia concupiuit rex
 spiritum tuum. **Alleluia.** Assum
 pta est maria in celum
 gaudet exercitus anglorum.
C. Congaudent **Sequitur.**
 angelorum choro glo
 se virginum. **Q.** ues sine virili
 coniunctione genuit. **F.** i
 lium qui suo mundum
 cruore medicat. **N.** am

81
ipaleatur qd̄ celi iam cō
spicatur p̄ncipem. **I**nter
ris cui quondā sugges
tas virgo manillas p̄
buit. **Q**uam celebris an
gelis maria ih̄m̄ cre
ditur. **Q**ui filij illius de
bitos se cognoscūt famu
los. **Q**ua gl̄a in celis ista
virgo colitur. **Q**ue d̄no
celi p̄buit hospiciū sui
sc̄ssimi corporis. **Q**uam
splendida a polo stella ma
ris rutilat. **Q**ue lumen
om̄n̄ atq̄ sp̄iū genuit.
Te celi regina hec plebe
cula p̄ns concelebrat me
tibus. **T**ecantu melo
do sup̄ ethera vna cum
angelis eleuat. **T**elibri
vgo concinūt p̄pharum
chorus iubilat sacerdo
tum apli xp̄i q̄ m̄res

p̄dicant. **T**e plebis sex
us sequitur utriusq̄ vi
tam diligens virgina
lem celicolas in castio
na emulans. **E**cclia
ergo **O** cuncta te cor
dibus teq̄ criminibus
venerans. **T**ibi suam
manifestat deuocōem
p̄catu te supplicā impl
orans maria. **V**t tibi
auxilio cura xp̄m d̄m̄
ēē digneris p̄uim.

Hill. **S. Lucam.**
Atrauit ih̄s i quodā
castellum. i mulier
quedam martha no
mie excepit illū in do
mū suam. **E**t huic
erat soror nomine ma
ria. **Q**ue etiam sedēs
secus pedes d̄m̄ audi
ebat verbum illius.

Martha aut̄ satagebat
 circa frequens minist
 terii. **Q**uestet̄ aut̄.
 Domine nō est tibi cure
 q̄d soror mea reliquit
 me solam ministrare. **D**ic
 ergo illi ut me adiuet̄.
Et respondens dixit illi do
 minus. **M**artha mar
 tha sollicita es et turba
 ris erga plurima. **P**or
 ro vñ est necessariū.
Maria optimā partē
 elegit. que nō auferet̄
 tur ab ea. **off.** **A**ssup
 ta est maria in celum
 gaudent angelicollau
 dantes b̄ndicūt dñm
 allā. **Sec.** **S**ubueniat
 dñe plebit̄ue sc̄e dei
 genitricis orō. quā
 sup̄ condicōne carnis
 migrasse cognouim̄

in celesti glia aput te
 p̄ nob̄ intercedē sencla
 mus. **p.** **Con.** **O**ptimā
 partem elegit sibi mari
 a que nō auferet̄ ab ea
 eternum. **Compl.** **M**en
 se celestis participes ef
 fecti implozamus cle
 menciā tuam domine
 d̄s nr̄. ut qui festa dei
 genitricis colimus. a
 malis imminentibus
 eius intercessionibus
 liberemur. **p.** **In** **uati**
uitate marie virginis.
Salue sancta
 parens enixa
 puer̄pa regem
 qui celum terramq̄ re
 git in sc̄la sc̄lor̄. **v.** **V**irgo
 dei genitrix quem totus
 nō caput orbis in tua se
 clausit viscera. **f̄s** homo.

Amulis tuis quibus
Domine celestis gratia
eminus impartire
ut quibus beate virginis
partus extitit salutis
exordium. natiuitatis
eius votiu a solemitas
pacis tribuat in creuē
tū. **P. Sancto adriano.**

O Ra quibus omnipotens
ut quibus beati adriani mix
turis tui natalicia coli
mus. intercessionem eius
intui non minus amore
roboremur. **P. De sancto**

O Eus qui corbiniano.
nos deuota beati Corbi
niani confessor tui atque
pontificis instancia ad
agnicoem tui nominis vo
care dignatus es tribu
eque. ut cui solennia co
lunus. eius aputtepa

trocinia sentiamus. **P.**
Dominus **Sapie.**
posse dit me in ci
obiaru suar ante qua
quid quia faceret a prin
cipio. **A**beterno ordi
nata sum rex antiqis
anteq terra fieret. **N**ec
dum exantabissi rego
iam concepta era. nec
dum fontes aquaru
erupearant. nec dum mo
tes graui mole consti
terant. **A**ntecolles ego
partimiebar. **A**d huc
terram non fecerat flu
mina. **I**cardines orbis
terre. **Q**uando ipparabat
celos aderam. quando
certa lege igitur valla
bat. **Q**uando ether asura
bat sursum. **I**liberabat
fontes aquas. quando cir

cū dabat mari termi
 nū suū. ⁊ legem pone
 bat aquis ne transi
 rent fines suos. Qūdo
 appendebat fundamē
 ta terre. cū eo ex am cū
 cta componēs. ⁊ delec
 tabar p̄ singulos dies
 ludens coram eo om̄i
 tempeludens i orbe ter
 rar. ⁊ delicia mee ē cū
 filiis hoīm. **H**unc ergo
 fili audite me. **B**eati
 qui custodiuit vias me
 as. **A**udite disciplinā
 ⁊ esto te sapienter. ⁊ no
 lite abire eam. **H**is
 homo qui audit me.
 ⁊ qui vigilat ad fores
 meas cotidie. ⁊ obser
 uat ad postes osti mei.
Qui me inuenit. in
 ueniet vitam. ⁊ haui

et salutem a domino.
Benedicta ⁊ venera
 bilis es virgo maria que
 sancti tactu pudoris iuen
 tas saluatoris. **V**irgo
 dei genitrix quem totus
 nō caput orbis. i tua se
 clausit viscera factus
 homo. **A**lla. **V** felix es
 sacra virgo maria om̄i
 laude dignissima. quia
 ex te ortus est sol iusticie.
Surpe maria. **Seq̄n.**
Regia percreta regē
 generans ih̄m. **G**aude
 digna. angelor. sanctor.
Et nos p̄cores tibi deu
 tos intueere benigna. **Q**
 u p̄ios p̄m mores oste
 tas in te se o excellis co
 tem. **P**atris tui salomo
 nis intelicet sophia.
 ⁊ tēchie. aput deum

00
cor rectū s̄ nūq̄ ite corru
pendū. **P**atris iosie ad
impleuit ter religioſitas
Sūmme iam p̄uāchete
fides totam possedit pa
tris tui. **S**ed quid nos
istos recensemus heros.
Quī tuus natus omnes
p̄cellat illos atq; cūctos
p̄ orbem. **N**os hac die ti
bi gregatos s̄cua virgo
ilucem mundi quap
disti pariter a celorum
lumen. **I**nciū **S. ewm**
Liber **S. mathm.**
generacōnis
ihū xp̄i filij dauid.
filij abraham. **A**bra
ham genuit ysaac.
yſaac aut gen. iacob.
Jacob aut gen. iudā &
fr̄es eius. iudas aut
gen. phares & sara de

thamar. **P**hares aut
genuit esrom. esrom
aut gen. aram. **A**ram
aut gen. aminadab.
aminadab aut genu.
naasson. **N**aasson at
gen. salmon. salmon
aut gen. boos d'raab.
Boos aut gen. obed
exruth. obed aut gen.
iesse. **I**esse aut genuit
dauid regem. dauid
aut rex gen. salomo
nem ex ea que fuit
vrie. **S**alomon aut
gen. roboam. roboam
aut gen. abia. **A**bia
aut gen. asa. asa aut
gen. iofaphat. **J**ofa
phataut gen. ioram.
ioram aut gen. oſiā.
Oſias aut gen. ioa
than. ioathan autē

gen. achas. Achas aut
 gen. ezechiam. ezechias
 aut gen. manassen. Ma
 nasses aut gen. amon.
 amon aut gen. iosiam.
 Josias aut gen. ieroni
 am et fr̄es eius in tras
 migracōne babilonie.
 Et post tr̄is migracōem
 babilonis ieronias ge
 nuit salathiel. Salathi
 el aut gen. zorobabel.
 Zorobabel aut genuit
 abuid. Abuid aut gen.
 eliachum. eliachum at
 gen. aior. Aior autem
 gen. sadoch. sadoch aut
 gen. achum. Achum at
 gen. eluid. eluid autē
 gen. eleazar. Eleazar
 aut genuit mathan. ma
 than aut gen. iacob. Ja
 cob aut gen. ioseph virū

marie. De qua natus
 est ih̄s qui vocatur x̄ps.
off. **B**eata es virgo ma
 ria que oim portasti cre
 atorem genuisti qui te fe
 cit in eter nū pmanes
 virgo. **Sec.** **V**irgeniti
 tudine nobis succur
 rat humanitas. ut q̄
 natus de virgine ma
 tris integritatem nō
 minuit sed sacrauit.
 in titis eius solemnis
 annis nos piaculis
 exuens. oblacōnem
 nr̄am sibi faciat acce
 ptam ih̄s x̄ps d̄ns nr̄.
Qui tec. **Alia Secreta.**
Moneibus nr̄is q̄
 d̄ne p̄cibus q̄ susceptis
 i celestibus nos mun
 da misteris. i clemen
 ter exaudi. **ps. corbi**

10
Nostias domielau-
dis tuis altariibus ad-
hibemus. quas eius
p̄ocinio tibi credim̄
cōmendandas. cuius
nos voluisti votis ad
tue pietatis puenire
noticiam. **p. Com̄ie.**

Beatavisceramarie
viginisque portauerūt
eterni patris filium. **Comp̄.**

Summissimus domie
celebritatis annue vo-
tua sacramenta. p̄a q̄s.
ut et temporalis nobis
vite remedia p̄beant
et future. **p. Alia comp̄.**

Da quis dñe deus n̄r.
sicutior cōmēoracōne
scōr̄ temporalī gratula-
mur officio. ita p̄petu-
oletemur aspectu. **p̄o.**
p̄s. Corbiniano comp̄.

Beatiorbiniano cō-
fessoris atq; pontificis
dñe p̄cibus cōfidentes.
quīs clemenciā tuā.
ut p̄ ea que sumpsim̄
eterna remedia capia-
mus. **p. In festo exal-
tationis s. crucis. Nos
aut gl̄ari oportet. orō.**

Deus qui nos
hodie diem
exaltationis
s. crucis annua solē-
nitate letificas. p̄a q̄s.
ut cuius misterium
in terra cognouimus.
eius iter in p̄cōnis p̄-
mia in celo consequi
mereamur. **p. De sc̄is
cornelio et capriano. orō.**
Beatiorbiniano p̄t̄
pontificiū cornelii et
capriani nos q̄s dñe

festatueant. i. coru co
 mendet orovnanda.
Ep. Ad philipp.
Xpius fr̄is est p̄ nob̄
 obediens usq. ad mor
 tem. mortem aut cru
 cis. p̄pter qd̄ r̄s exalta
 vit illum. i. donavit il
 li nomen qd̄ est super
 om̄ia nomen. ut in oīe
 ih̄u om̄e genu flectat
 celestiū terrestriū i. in
 fernorū. i. om̄is ling
 ua confiteatur. quia
 d̄ns ih̄ x̄p̄s in gl̄ia est
 dei p̄ris. **Ep̄. x̄p̄s fr̄is est.**
Alla. Dulce lignū. Seq̄n.
Dulce lignum. adore
 mus dulces claves vene
 rem̄ verbū p̄ris p̄dicem̄
 solemni p̄onio. **X**pius
 crucem. adoremus cruci
 fixū dep̄emur. ut ab ho

steliberem̄ eius p̄oximo.
Avelignū p̄iosum pon
 dus ferens gl̄osum quā
 dam cras onerosum mō
 tis imp̄xiū. **H**uelignū
 qd̄ fuisse dignū ferre cor
 pus x̄pi in unto lapso
 contulisti vitam i. impe
 riū. **X**pius in tetrumpha
 vit mortem mortem supe
 ravit. ac potenter spolia
 vit acherontis atria. **H**
 inc̄p̄uam atq. ducem
 habeamus x̄pi crucem
 ut videre veram lucem
 possimus in p̄ia. am̄e.
Nullt. Dixit S. Joh̄em.
Ihs turbis iudeorum.
 Nunc iudiciū est mū
 di. nūc p̄nceps huius
 mundi eicietur foras. i.
Ego si exaltatus fue
 ro a terra. om̄ia trahā

20
ad me ipm. hoc autem
dicebat significans quia
morte esset moriturus.
Ridit e turba. Nos au-
diuimus ex lege. quia
xps manet in eternu.
Et quomodo iudicis. o-
portet exaltari filium
hominis. **Q**uis est iste fi-
lius hominis. Dixit ergo
eis ihc. Adhuc modicum
lumen in vobis est. Ambu-
late dum lucem habetis.
ut non tenebre vos com-
prehendant. et quiambu-
lat in tenebris. nescit
quo vadat. **D**um lucem
habetis credite in lucem.
ut filii lucis sitis. **off.**
Orotege domine plebem
tuam per signum sancte crucis
ab omnibus invidis in-
micorum omnium. ut tibi gra-

tam exhibeamus seruitu-
tem et acceptabilem tibi si-
at sacrificium nostrum. **Secre.**
Omnipotens domine humi-
litas nostre preces et hostias
miserere preceat auxili-
um. et salutem quam
per adam in paradiso ligni
clauserat temerata per
sumptio. ligni rursus
fides aperiat. **p. Alia.**
Adesto domine supplica
conibus nostris quasi
secretorum nostrorum tuorum com-
memoracione defruimus.
ut qui nostre iusticie fidu-
ciam non habemus. cor-
que tibi placuerit me-
ritis adiuuemur. **p. Co.**
p signum crucis. **Compln.**
Ihu xpi domini nostri corpore sa-
ginati per quem crucis
est sanctificatum vexillum.

quibus dicitur: ut sic
adorare mereamus.
ita phermitatis eius
glie salutari potiam
effectu. *Deum. p. sanctis.*

*Q*uoniam dicitur salu
taribus repleti miste
ris. ut quorum solenni
a celebramus. eorum o
nibus adiuuemur. *p.*

Michaelis archangli.

Benedicite dno
omnes angeli ei
potentes virtu
te qui facitis verbu eius
ad audienda vocem ser
monu eius. *v. B*ndicite
mea dno omnia que tra
me sunt nomni scilicet. *oro.*

*D*eus qui in ro oroi
ne angelorum ministe
ria hominum dispensas
concede propicius. ita

quibus tibi ministranti
bus in celo semp assis
titur. ab hys in terra
vita nra munatur. *p.*
Eccl. Apocalipsis iohis.

*I*n diebus illis. *S*ig
nificauit dicitur que oportet
fieri cito loquens
p angelu suu seruo su
o iohanni qui testimo
niu phibuit verbo dei
et testimoniu ihu xpi
quocumq; viderit. *B*nis
qui legit et q audit vba
pphie huius. et seruat
ea que in ea scripta sunt
tempus enim ppe est.
*I*ohes septem ecclesiis
que sunt in asia. *G*ra
vobis et pax ab eo qui
est et qui erat et qui ven
turus est. et a septem spi
ritibus qui in conspectu

20
throni eius sunt. et ab
ihū xpō qui est testis fi
delis p̄mogenitus mō
tuorū p̄nceps regum
terre. Qui dilexit nos
et lauit nos a peccatis n̄is
in sanguine suo. **Oratio**

Benedicite dño om̄s an
geli eius potentes virtu
te qui facitis verbū eius.

Vindicta mea dño
et om̄a interiora mea no
men sc̄m eius. **Actus**

Con
cussum est mare et contrem
uit terra ubi archangl̄s
michael descendebat de
celo. **S. Mattheum.**

Nillit. Accesserunt di
scipuli ad ih̄m dicen
tes. Quis putas maior
est in regno celorum.
Et aduocans ih̄s par
uulū statuit eū in me

dio eorū et dixit. Amen
dico vobis nisi conuer
si fueritis et efficiamini
sic paruuli. nō intrabi
tis in regnū celorum.
Quicumq; ergo hūilia
uerit sicut paruulus
iste hic maior est in reg
no celorū. Et qui susce
perit vnū paruulum
talem in nomine meo.
me suscipit. Qui aut
scandalizauerit vnū
de pusillis istis qui in
me credunt expedit ei
ut suspendatur mola
asinaria in collo eius
et dimigatur in profun
dum maris. **Secundū**
do a scandalis. **Heret**
se est enim ut veniat
scandala. Veruntamen
vehom̄i illi p̄ quem

scandalum venit. Si aut manus tua uel pedus scandalizat. abscide eum & pice abste. Bonum est tibi. ad vitam ingredi debile uel claudum. quia duas manus uel duos pedes huncem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum & pice abste. Bonum est tibi unum oculum huncem ad vitam intrare. quia duos oculos huncem mitti in uerem ignis. Videte ne condemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei qui est in celis.

offer. Stetit angelus

iuxta aram templi hinc thuribulum. aureum in manu sua. & data sunt ei incensa multa. & ascendit fumes aromatum in conspectu dei. alla. **Sec.** Hostias tibi domine laudis offerimus supplex deprecantes. ut eadem pro nobis interueniente angeli co suffragio. & placatus accipias. & ad salutem nobis peruenire cõcedas.

P. Con. **B.** Benedicite omnes angeli domini domino ymnium dicite & super altate eum in secula. **Compl.** **B.** ti archangeli tui michaëlis interuentione suffulti. supplices te domine deprecamur. ut quot orepsequimur. contingamus & mente. **P.** domini.

70
In festo oim scorum iti.
Gaudemus. **Or.**
Quoniam semper
necis qui nos
oim scorum tuorum me
rita sub vna tribuisti
celebritate venerari. **ps.**
ut desideratam nobis
tue propicia comishabu
danciam. multiplicatis
intercessoribus lae
gias. **p. Apocalipsis.**
In diebus illis. **Ecce**
ego iohannes vidi al
terum angelum ascen
dentem a ortu solis
hntem signum dei viui.
et clamauit voce mag
na quatuor angelis
quibus datum est no
cere terre et mari dices.
Nolite nocere terre et
mari neque arboribus

quo ad usque signemus
seruos dei nri in fronti
bus eorum. Et audiui nu
merum signatorum centum
quadragesima quatuor
milia signati ex omni
tribu filiorum isrl. Ex tri
bu iuda duodecim mi
lia signati. Ex tribu ru
ben xii. milia signati.
Ex tribu gad xii. milia
signati. Ex tribu aser
xii. milia signati. Ex tri
bu neptalim xii. milia
signati. Ex tribu syme
on xii. milia signati. Ex
tribu manasse xii. mi
lia signati. Ex tribu le
ui xii. mil. signati. Ex
tribu ysachar xii. mil.
signati. Ex tribu Zabu
lon xii. mil. signati. Ex tri
bu ioseph xii. milia si

gnati. Et tribu benia
 min xii. milia signati.
 Post hec vidi turbam
 magnam quia divi
 ne exire nemo poterat
 ex omnibus gentibus
 tribubus et populis et
 linguis stantes ante
 thronum in conspectu a
 gni. amicti stolis al
 bis et palme in amb
 cor. Et clamabat vo
 cem magna dicentes.
 Salus deo nostro qui sedet
 super thronum et agno.
 Et omnes angeli stabat
 in circuitu throni et se
 nior et quatuor animal
 um. et ceciderunt in conspe
 ctu throni in facies su
 as. et adoraverunt deum
 dicentes amen. **B**enedic
 tio et claritas et sapia et

gratia et honor et vir
 tus et fortitudo deo nostro
 in secula seculorum amen.
Oratio. **T**imete dominum. **Alla** hec
 est vera firmitas. **Evangelium.**
 Videns iste turbas. **off.**
Iustorum anime. Sec. **Q**uoniam
 in tibi domine in re devoco
 nis offerimus. que et
 punctorum tibi grata
 sunt honore iustorum.
 et nobis salutaria tem
 per ante reddant. **Psalmus.**
Benedicite domino corde. **Comp.**
O Aquas domine fidelibus
 populis tuis omnium seculorum
 tuorum semper veritate
 letari. et eorum perpetua sup
 plicacione numerari. **P.**
De sancto cesario nostro oratio.
O s qui nos beati cesarii
 martiris tui annua solen
 nitate letificas. concede

ppicius. ut cuius nata
licia colimus etiam
actiones imitemur. **P.**
Sec̄ **V**ostis tibi dñe
bñce larum mris tui di
catas meritis benigni
assūme. et ad ppetuum
nob̄ tribue puenire sb̄
sidiū. **P.** **Comp̄.** **Q**uis
om̄is d̄s ut qui cele
stia alimenta p̄cipim̄
p̄ter contra aduersa
om̄ia muniamur. **P.**
Martini ep̄i et confess̄
Statuit ei dñs testa. **oro.**
Deus qui conspi
cis quia ex illa
nia virtutes subsistim̄.
concede ppicius. ut in
tercessione bñi martini
confessoris tui. atq; p̄
tificis contra om̄ia ad
uersa muniam. **Non.**

Cōmēoragō d̄s. mem̄a.
p̄a qūis om̄is d̄s. **l̄c̄.**
Om̄is pontifex. Ex. Fac
sacerdos. Alla. Tu es sacer.
ewm. homo quidam
nobilis. off. veritas n̄a.
Sec̄. O am̄icos deus
ut hec nos salutaris
oblacio. et app̄is rea
tibus inde inuente et
pediat. et ab om̄ibus
tueatur aduersis. **P.**
Com. S̄tus leuus cōp̄.
Quia qūis dñe deus
nr̄. ut quoz festiuitate
votua sunt sacramē
ta. eoz nob̄ salutaris
intercessione redan
tur. **P.** **In d̄dicōne**
eccl̄ie. introi.
Tribulis est
locus iste hic
domus dei est et porta ce

li vocabit aula dei. **Q**uia
dilecta tabernacula tua
dne virtuti. concupiscit
et deficiat. anima mea. at. do.

O eius qui nobis **oro.**
psingulos annos huius
sai templi tui cōsecra cō
nis reparas diem. r. sa
cris semp misteris re
psentas incolomes.
exaudi pces ppli tui r
p. a. ut quisquis hoc
templum bñfiga peti
turus ingredit. cuncta
semp petiisse letetur. **p.**

l. libri Apocalipsi. b. i.

Vidi diebus illis. **V**idi
ciuitatem scām ierlm
nouā descendentem de
celo a deo paratam sic
sponsam ornata viro
suo. Et audiui vocem
magnam de throno

dicentem. **E**cce taberna
culum dei cū hominibus
r habitabit cū eis. Et ipsi
pplis eius erunt r ipse
deus cum eis erit eorū
dō. Et absterget dō omne
lacrimā ab oculis eorū.
r mors ultra non erit
neq; luctus. neq; clamor
neq; dolor erit ultra que
pma abierunt. Et dix
it qui sedebat in throno.
Ecce noua facio omnia.

Ex **L**ocus iste a deo factus
est inestimabile sacm
irrephensibilis est. **V**deus
cui astat angelor chorus
exaudi pces seruo tuor

Alla **B**ñfundata est
domus dñi supra firmā
petram. **S. Lucam.**

Nullt. **I**ngressus ihs
pambulabat iericho.

22
Et ecce vir nomine Za-
cheus. et hic erat princeps
publicanorum et peccator.
Et querebat videre Iesum
quoniam sciebat quod non poterat
perire. Et postquam statum
erat. Et perirens ascen-
dit in arborem sicomo-
ri ut videret illum quia
indecens transiurus. Et
cum venisset ad locum.
suspiciens Iesus vidit il-
lum et dixit ad eum. Zac-
cheus festinans descende
quia hodie in domo tua
oportet me manere.
Et festinans descendit
et recepit illum gaudens.
Et cum viderent omnes
murmurabant dicen-
tes quod ad hominem peccato-
rem dixerat. Stans
autem Zachaeus dixit ad

illum. Ecce dimidiū bo-
norum meorum dabo pau-
peribus. et si quid aliquis
defraudaui reddo qua-
druplū. At illis ad eum.
Quia hodie salus do-
mini huic facta est. eo quod
ipse filius sit abrahe.
Venit enim filius hominis
querere et saluum facere quod
perierat. **Off.** Omnes
in simplicitate cordis
mei letus obtuli vni-
uersis. et applin tuum qui re-
tus est vidi cum ingenti
gaudio deus israel custodi
hanc voluntatem dicit
deus. **Sec.** **Antiphona.** In uicinis
domini precibus nostris ut
quicumque intra tem-
plum huius cuius annū
sacrum dedicationis di-
em celebramus ambitū

continemur. plena ti
bi atq; pfecta corpis
anime dei ocoe placeam.
ut du her vota pncipa
reddimus. ad eterna
pna te donante pue
nure mereamur. **Con.**

Omnis mea dominus
oromis vocabr dicit dñs
mea omnis qui petit acci
piti qui querit inuenit
ipulsanti aperiet. **Comp.**

Ocus qui de viuis
electis lapidibus eter
nu maiestati tue ppa
rabit aculu. auxilia
re ppro tuo supplicati
ut qd ecclie tue corpa
libus pficit spacijs.
spiralibus ampli
ficetur augmentis. **P.**

Incipit comue sanctor
Et primo de aplis. **Ini.**

Michi aut nimis
honorati sunt
amici tui deus
nimis confortatus est
pncipatus eor. **V.** Dñe p
basti me i cognouisti me
tu cognouisti sessionem
mea i resurrecoem mea.

Quis omipotes ut **or.**
btis **R.** aplis tuum
p nobis imploret au
xiliu. ut a nris reatib
absoluti. a cunctis ca
am piculis eruam. **P.**

Sac. **S**acrandum ti
bi dñe munus offeri
mus. quo bti **R.** apli
tuo solennia recolenti
tes. purificacoem quoq;
nris mentib imploza
mus. **P.** **Comp.** **O** Er

ceptis dñe sacramen
tis suppli implorani
ut intercedente bto N
aplo tuo. que pillius
veneranda gerimus
solennitate nob pfi
at ad in celam. **Ps. Ad**

Rs. Iam ephios.
Nō estis hospites
i aduene. s. estis ciues
scōr i domestia dei su
pedificati supra fun
damentū aploz i pro
phetaz. spō sumo angu
lan lapidē xpō ihu. in
quo omnis edificatio
constructa crescit i tem
plū scī i dño. in quo
i vos coedificam i hi
taculū dei in spū scō.

Or. Constitues eos pñ
apes sup omem terram
mēores erūt nomis tui

dñe. **Ps.** pñibus tuis na
tisunt tibi filii. ppter ea
ppli confitebūtur tibi.

Or. I nomem terram
eruit sonus eoz i in fi
nes orbis terrē verba eoz.
Ps. celi enarrant glām dī.
i opam manū eius amū
cciat firmamentū.

Alla. **Ps.** Ego vos elegi de
mūdo ut eatis i fructum
afferatis i fructus v̄ ma
neat. **Alla.** **Ps.** I glofus
aploz chorus laudat dñe.

Nullt. Dix. S. Iohanne.
Ihs dī. suus. **Ps.** Hoc est p̄
ptum meum. ut dili
gatis inuicem sic dile
xi vos. **Ps.** Maiorem hac di
leccōnem nemo habet
ut anīam suam ponat
quis p amicus suus. **Ps.**
amicus mei estis si fecerit

tis que ego precipio vo-
bis. **S**an̄ nō dicā vos
seruos. quia seruus ne-
scit quid faciat dñi sei.
Vos autē dixi amicos.
q̄ om̄ia quecūq; audi-
ui a p̄re meo nota feci
vobis. Non vos me ele-
gisti. Ego elegi vos
et posui vos ut citis et
fructū afferatis. et fruc-
tus v̄r̄ maneat. ut q̄cūq;
perieritis p̄rem
in nomine meo det vobis.

Nullt. S. matheum.

Dixit symon petrus
ad ih̄m. Ecce nos reli-
quimus om̄ia. et secuti
sumus te. Quid ergo
erit nob̄. **I**hs autē dixit
illis. Amen dico vob̄
q̄d vos qui secuti estis
me. in regnacione cū sede

rit filius hominis in sede
maiestatis sue. sedebi-
tis et vos sup̄ sedes duo-
decim. iudicantes du-
odecim tribus isrl̄. **E**t
om̄is qui reliquit do-
mū ul̄ fr̄es aut sorores.
aut p̄rem aut m̄rem.
aut uxorem aut filios.
aut agros. p̄pter nomē
meū centuplū accipi-
et. et vitam eternā possi-
debit. **off.** **C**onstitues
eos p̄ncipes sup̄ om̄em
terram in eorū ex̄it no-
m̄is tu dñe. **off.** **I**n cūm
terram exiit sonus eorū
in fines orbis t̄re verba
eorū. **Con.** **A**men dico
vobis q̄d vos qui reliqui-
stis om̄ia et secuti estis me
centuplū accipietis et vi-
tam etiam possidebitis.

80
Con. Vos qui secuti estis
me sedebitis super sedes
iudicantes duodecim
tribus israel. **De vno m're.**

Istabitur iustus
in domino et sperabit
in eo et laudabitur
in omnes recti corde. **Ex**
audi deus orationem meam
cum deprecor a timore inimi-
ci eripe animam meam. **oro.**

Domine quis omnipotens deus
ut qui beatus et misericors
tui natalicia columus
intercessionem eius in
nomine amore roborer
mur. **P. Sec.** Quibus
illis quibus donec prebuique
susceptis et celestibus
nos mundamustereus
et clementer exaudi. **P.**
Comp. Domine quis
deus noster ut si tuorum come

in ora corde scorum tempore
gratulamini officio. ita
perpetuo letemini aspectu. **P.**
De vno m're pontif. oro.

In firmitate nostra propitius
inspice omnipotens deus et quia
pondus prope accionis
grauat beatus et misericors tuus
atque pontificis interce-
ssio gloria nos protegat.

P. Sec. Nostias tibi do-
mic beatus et misericors tuus atque
pontificis mentis dica-
tas benignus assuime
et ad perpetuum nobis tribu-
ere puenire subsidium. **P.**
Com. Refecti propterea
corde munis sacri personae
deus noster ut cuius exequi
cultu senclani effectum.

P. 2^o libro Sapie.

Beatus vir qui in
sapia morabitur.

et qui iniusticia medita-
 tabitur. et in sensu cogita-
 bit circa speciem dei.
Cibavit illum dominus pane
 vite et intellectus. et aqua
 sapientie salutis potavit
 illum. Et firmabitur in
 illo et non flectetur. et conti-
 nebit illum et non confi-
 detur. et exaltabit illum
 apud proximos suos. et
 nomen eius in eternum heredita-
 bit illum dominus deus noster. **Oratio.**
Visus ut palma florebit
 sic cedrus libani multipli-
 cabitur in domo domini. **Ad**
 annuntiandum mane mi-
 sericordiam tuam et veritatem
 tuam per noctem. **Alleluia.** **V**is
 vir qui timet dominum in ma-
 datis eius cupit nimis.
Nihil dicit deus. **Matth. 10.**
Siquis vult venire

post me. abneget semet
 ipsum et tollat crucem su-
 am et sequatur me. **Q**ui
 enim voluerit animam su-
 am salvam facere perdet
 eam. **Q**ui autem proderit
 animam suam propter me.
 inveniet eam. **Q**uid enim
 prodest homini si universum
 mundum lucratur. animam vero
 sue detrimentum patiat.
Aut quia dabit homo com-
 mutacionem panis sua-
 filius enim hominis ventu-
 rus est in gloria patris sui cum
 angelis suis. **E**t tunc red-
 det unicuique secundum opera
 sua. **A**men dico vobis
 sunt quidam de hic stan-
 tibus qui non gustabunt
 mortem. donec videant
 filium hominis venientem
 in regno suo. **Evangelium.**

60
Nisi granū frumenti
inuenies de **S. lauren.**
off. Iustus ut palma
florebit sic cedrus que
in libano est multiplicabē.
con. **Q**ui vult venire p̄
me abneget semetipm
et tollat crucem suā et seq̄
tatur me. **con.** **Q**ui mihi
ministrat me sequatur.
et vbi sum ego illic et mini
ster meus erit. **Temp. paschali.**
Dixisti me deus
na conuentu maligni
tantiū alla a multitudine
neopanū iniquitate
alla alla. **Exaudi** deus
orōnem meā cū de pro a
timore inimici eripe ani
mā meā. **orōnes. Huete.**
Stabunt **Sapientie.**
Iusti in magna cō
stantia aduersus eos

q̄ se angustiauerunt.
et qui abstulerunt labo
res eorū. **U**identes autē
turbabunt timore hor
ribili et mirabunt i su
bita cōne in sperate sa
lutis dicentes intra se
p̄niam agentes. et p̄ an
gustia spūs gementes.
hī sunt quos aliquāto
habuim̄ in derisū et in
similitudine in p̄peru. **N**os
in sensati vitam illorū
estimabamus in san
am. et finem illorū sine ho
nore. **E**cce quomō com
putati sūt inter filios dī
et inter scōs sors illorū est.
Alla. **C**onfitebunt celi
mirabilia tua domine et ve
ritatem tuā i ecclesia scōrū.
Alla. **M**etabitur iustus
in dño et spabit in eo. **alau**

dabunt omnes recti corde.

Milli. D. I. D. S. Joh. m.

Ego sum vitis vospal-
mites. Qui manet in
me et ego in eo. hic fert
fructum multum quia
sine me nichil potestis
facere. Siquis in me
non manserit mittetur
foras sicut palme et are-
scet et colligent eum et in
ignem mittent et ardet.
Si manseritis in me et
verba mea in vobis man-
serint. quocumque volue-
ritis petitis et fiet vobis.

off. Confitebuntur celi
mirabilia tua domine et veri-
tatem tuam in ecclesia sanctorum

con. Posuisti domine in ca-
pite eius coronam de lapide
precioso. **In natali pluri-
morum martirum. Introi-**

Salus autem iustorum
in domino et protector
eorum est in tempe-
re tribulationis. **V**olentibus
lari in malignantibus
neque zelare faciem iniqui.

Sapientiam sanctorum narra-
rant populi et laudes
eorum nunciat ecclesia. non iam
autem eorum vivunt in seculo
seculi. **V**Exultate iusti in domino
rectos decet collauda. **or.**

O Deus qui nos in
anima sanctorum nostrorum
A. A. solemnitate leti-
ficaris. concede propitius
ut quorum gaudemus
meritis instruamur
exemplis. **p. Sec.** **O** b-
latis quibus domine placare
remunibus. et interce-
dentibus sanctis tuis. **A.**
A. a cunctis nos de-

57
fende piculis. **P. Comp.**
Hec nos cum in modum
purgat a crimine inter
cedentibus sanctis tuis **N.**
N. celestis remedium faci
at esse consortes **P. d. m.**
Reddet **ds. Sapientie.**
Remercendum laborum
sanctorum suorum. et adducet illos
in viam mirabilem. et sicut
illis in velamento diei
in luce stellarum nocte.
Instruit illos in mare ru
brum. et transiit illos per
aquam nimiam. inimicos
autem illorum dimisit in mare.
et ab altitudine inferorum con
duxit illos. **S.** deo iusti tunc
runt spolia impiorum
et decantauerunt domino no
men sanctum tuum. et victrice
manu tuam laudauerunt
pariter domino **ds. n. Grad.**

Gloriosus deus in sanctis suis
mirabilis in maiestate
faciens prodigia. **V.** Dextera
tua domine glorificata est in vir
tute dextera manus tue
confregit inimicos. **S. a.**
Iustorum anime in manu domini
sunt et non tanget illos tor
mentum malicie. **A.** nisi sunt
oculis insipientium mori
illi autem sunt in pace. **Alla.**
V. hec est vera fructus que
vicit mundi crimina christi
secuta est in clita tenens
regna celestia. **Alla. V.** Te
martiri candidatus lau
dat exercitus domine. **mathim.**
M. illi. **V.** videns ihesus tur
bas ascendit in montem.
Et cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius.
Et aperiens os suum doc
bat eos dicens. **Beati**

paupes spu. quonia ipoz
 est regnu celoz. **Beati mi**
tes. qm ipi possidebunt
 terram. **Sti** qui lugent.
 qm ipi consolabuntur
Sti qui esuriut et sitiunt
 iusticiam. qm ipi sati
 rabunt. **Sti** misericordes
 qm ipi misericordiam consequuntur.
Sti mundo corde. quod
 ipi deum videbunt. **Sti**
 pacifici. qm filij dei vo
 cabunt. **Sti** qui persecuci
 onem paciunt ppter iusti
 ciam. qm ipoz est regnu
 celoz. **Sti** estis cum male
 dixerint vobis et persecuti
 vos fuerint. et dixerint omne
 malum aduersus vos
 menciens ppter me.
Gaudete et exultate quia
 merces vestra copio
 sa est in celis. **offerto.**

Istoz anime in manu di
 sit. et non tanget illos tor
 mentum malicie nisi fuerit
 oculis insipientium mori
 illi aut sunt in pace. **illa.**
Con. S **Beati** mundo corde
 qm ipi dei videbunt. **beati**
 pacifici qm filij dei voca
 bunt. **sti** qui persecuci
 onem paciunt ppter iusti
 ciam. qm ipoz est regnu
 celoz.
De confess pontificib.
Sacerdotes dei bene
 dicite dominum. sancti et
 humiles corde laudate
 deum. **Sti** iudicate omnia opa
 domini domino laudate et super
 exaltate eum in secula. **alius.**
Statuta domini testa
 mentum pacis et in
 cipem fecit eum ut sit illi
 sacerdotum dignitas eter
 ni. **Sti** Memento domini. dau.

118
Omnipotens deus ut
bñ s. confessoris tui atq;
pontificis veneranda so-
lemnitas. et deuocōem no-
bis augeat et salutem.
P. Sec. S. Sancti tui dñe
q̄ nos ubiq; letificent.
ut dum eorū merita reco-
limus p̄ocinasencia-
mus. **P. Comp. O**mnipotens
deus. ut de preceptis
munibus gr̄as exhibē-
tes. intercedente bñ s.
cōfessore tuo atq; ponti-
fice. bñficia potiora su-
mamus. **P. Ad thimoth.**

Kme. Testificor co-
ram deo et xp̄o ih̄u
qui iudicaturus ē vi-
uos et mortuos. p̄ adue-
tum ip̄ius et regnū ei.
P. Predica verbum in sta-
oportune in portune.

argue obsecra increpa.
in om̄i paciā et doctrina.
Erit enī tempus cū sa-
nam doctrinam nō su-
stinebūt. s̄ ad sua deside-
ria coaceruabūt sibi
ingros prurientes au-
ribus. et a veritate q̄dem
auditi auertent. ad fa-
bulas aut cōuertent.
Tu vō vigila. in om̄ibus
labora. opus face euā-
geliste. misteriū tuum
imple. sobrius esto. Ego
enī iam delibor. et temp̄
mee resolucōnis instat.
Bonū certamen certa-
ui. cursum cōsummaui.
fidem seruauī. In reli-
quo reposita est michi
corona iusticie quam
redet m̄ dñs in illa die.
iustus iudex. Nō solū

ait mihi. sed et his qui diligunt aduentu eius.

Ps. Ad hebreos.

Admissus pontifex ex hominibus assumptus personis constituitur in his que sunt ad deum. ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. qui consolari possit his qui ignorant et errant. quoniam in peccatis circumdatus est infirmitate. et propterea debet que admodum pro populo. ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. nec qui se sumit sibi honorem. sed qui vocatur a deo tanquam aaron. Sic christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret. sed qui locutus est ad eum filius meus est tu ego hodie genui te. que

admodum in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. **Ex.** Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. **V.** Non est inuentus filius illi qui conseruaret legem excelsi. **Ex.** **I.** Irauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos secundum ordinem melchisedech. **V.** Dixit dominus domino meo sedet a dextris meis. **Alla.** **V.** Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. **Alla.** **V.** hic est sacerdos quem coronauit dominus. **Tractus.** **B.** Eatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius gniacio rector benedicet. **V.** Gloria

51
et iudicium domus eius.
Et iusticia eius manet in
seculum seculi. **S. mattheum.**
Mult. Dixit i. d. s. **V**os
estis sal terre. Quod si sale
uauerit in quo sallic
tur. Ad nichilum valet ul
tra. nisi ut mittat foras
et conculetur ab hominibus
Vos estis lux mundi.
Non potest ciuitas abscon
di supra montem posi
ta. neque accendit lucer
nam et ponit eam sub
modio sed supra candela
labrum ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic lu
ceat lux vestra coram homi
nibus ut videant vestra bo
na opera. et glorificent pa
trem vestrum qui in celis
est. Nolite putare quoniam
veni solue legem aut

prophetas. Non veni solue
legem sed adimplere.
Amen quippe dico vobis
donec transeat celum
et terra. iota unum aut v
nus apex non poterit a
legere donec omnia fiant.
Qui ergo soluerit unum
de mandatis minimis
et docuerit sic homines. mi
nimus vocabitur in regno
celorum. qui autem fecerit et
docuerit. hic magnus
vocabitur in regno celorum.
Mult. d. i. d. s. **L**ucam.
suis parabola hanc. **H**o
mo quidam nobilis a
bit in regionem longin
quam accipe sibi regnum
et reuert. Vocatis autem
decem seruis suis. dedit
illis decem minas. et ait
ad illos. **N**egociamini

dum venio. Cives autem eius oderant illum et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est cum rediret accepto regno et iussit vocare servos suos quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mina tua decem minas acquisivit. Et ait illi. Cuius servus bone quoniam modico fuisti fidelis eris potatem habens supra decem civitates. Et alter venit dicens. Domine ecce mina tua fecit quinque minas. Et huic ait. Et tu esto super quinque civitates. Et alter venit dicens. Domine

ecce mina tua quia habui reposita est in sudario. Timui enim te quia homo austerus es. tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti. Dicit illi. De ore tuo te iudico servus bone. Sciebas quod homo austerus sum. tollens quod non posui et metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam et ego veniens utique cum usuris exegissem illam. Et astantibus dixit. Aufer te ab illo minam et date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei. Domine. habet decem minas. Dico autem vobis quia omni habenti dabit et habebit

EA
dabit. ab eo autem quod non
habet et quod videtur hunc
auferetur ab eo. **offer.**

Veritas mea et misericordia
mea cum ipso. et in nomine meo
exaltabit cornu eius. **off.**

Inveni dauid seruum me-
um oleo sancto unxi eum ma-
nus enim mea auxiliabitur
ei. et brachium meum confort-
abit eum. **con.**

Fidelis
seruus et prudens quem
constituit dominus super fami-
liam suam. ut det illis in
tempore tritici mensuram.

con. **B**eatus seruus
quem cum venerit dominus in-
uenerit vigilantem
amen dico vobis super omnia
bona sua constituet eum.

De vno simplici ofesse.

Os iusti meditabitur
sapiam et lingua

eius loquetur iudicium lex
dei eius in corde ipsius. **v.**

Noli emulari in maligna
tibi neque zelare. fac. in.

Vstus ut palma **alius**
florebit sicut cedrus liba-
ni multiplicabitur planta

tus in domo domini in atris
domus dei nostri. **v.**

Bonum
est confiteri domino et psallere
nomini tuo altissime **oro.**

O Deus qui nos beatus
confessoris tui annua

solemnitate letificas.

concede propitius. ut cum
natalicia colimus equi-
anim acciones imitemur.

p. sec. **L**audis tue co-
mune hostias immolamur

tuoque commemoracione sanctorum
quibus nos et peccatis

exui malis confidimus.
et futuris. **p. Compliu.**

Refecti cibo potuq; ce-
 lesti deus in te supplices
 exoramus. ut in cuius
 hoc commemoracione p-
 cepimus. eius munia
 mur et precibus. **P. Si fuit**
Intercessio nos q; **albas.**
 dne bñi **R.** albis comen-
 det. ut qd inris meritis
 no valeamus eius pro-
